



**M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 19. Emendatus Plauti locus è Bacchidibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](#)

S. Hieronymus verba, quibus usus erat Iouinianus, citidens, ita scripserat: *Rogo, qua sunt hec portenta vestrum? quod vel scriptio de decessu? Nonne vel felarem sive re eum putas, vel arreptum morbo phrenetico, Hippocratis vinculus alligandum?* respiciens videlicet ad ea vincula, de quibus Hippocrates & *tau rati integrator*. At isti argumentis fortissimis roborata sunt, vel scriptorum testimoniis, ea tradunt ab Hieronymo dici vinculis Hippocratis alligata. Quod si quis obstinatus defendere audierat, ipse metu vinculis Hippocratis alligandus esse videatur. Sed haec hydra quædam est, quæ plura capita amputaueris, plura succrescent.

*Dictum elegans Io. Antonij Lucatelli episcopi  
Venusini. CAP. xviii.*

**V**ERE & grauiter dicere solitum memini Io. Antonium Lucatellum, & virum & philosophum optimum, qui postea episcopus Venusinus fuit, nunc autem in familia magni illius Hippolyti Cardinale Ferrarensis mecum amicissime coniunctissimeque uiebat, quod Socrates in cibo ac potu faciendum emonuisset, id contraria fieri oportere in iis quibus aleretur. Etenim apud Xenophontem Socrates eos cibos summo studio vitandos esse dicit, quibus etiam, qui non esuriunt, ad edendum prouocantur: & eos potus, qui etiam non sitientem adducunt, ut bibat. Contraria autem iij sermones utilissimi sunt, atque omni studio consecrandi, qui in animis languentibus excitant cognitionis & scientiae cupiditatem.

*Emendatus Plauti locus è Bacchidis.*

**CAPUT XIX.**

**D**EMVS aliquid ictis, qui Plautum alieno labore emendare cupiunt, quod, cum libuerit, ut solent,

implant pro suo. Versus sunt è Bacchidibus :  
*Postquam aurum abstulimus, in nauem descendimus,*  
*Dominum cupientes, forte ut ad sedi in stege,*  
*Hippata ea vincula, dum circumspecto: atque ego tum lembum conspicor,*  
*Imaginam est rigorem maleficum exornarier.*

Wiliud Atque, ita positum est, ut in illo Virgilij,  
*Atque illum in præcepis prono rapit alueus anni.*  
 Sed hoc fortassis omnes vident. eoru autem versuum  
 postremum quis, quæso, intelligit? *Strigas* vocabant  
 mulieres maleficas, quas etiam noctu volare arbitra-  
 bantur. Eodemq. modo *strigones*, homines maleficos.  
 quorum vocabulorum vtroq. hodieq. vulgus in Italia  
 vntur. Vafer igitur ille seruus, quem lembum malefi-  
 cum vocaturus erat, quod eo piratas vectos esse simu-  
 laret, cum prius, quasi idem valente vocabulo, *strigo-*  
*nominauit*: ut planè legendum sit hoc modo:  
*Lingua strigorum, maleficum exornarier.*

Loci quidam ex Oratore Ciceronis ad Brutum  
 illustrati. CAP. XX.

M. CICERO et si de laudibus suis non inuitus  
 predicabat, potiusque in eam partem peccabat, ut in  
 commodicus atq. immoderatus esset: semper tamen  
 diligenter cauit, ne sibi ingenij laudem arrogaret: po-  
 tiusq. videri voluit labore & diligentia, quam ingenij  
 persistantia aliquam dicendi facultatem consecutus. In-  
 telligebat enim nihil esse inuidiosius, quam de inge-  
 nio suo gloriari: cum quavis laude facilis homines  
 illis, quam laude ingenij cedant, ut verè cecinit  
 Marialis:

*Aurum & opes & rura frequem donabit amicus.*  
*Qui velis ingenio cedere, rarus erit.*  
 Nota igitur illa sunt: *Quominus ingenio possum, subsidio*  
 Y mishi

M. LECT.

Lectiones

III  
25